

I GIUOCHI OLIMPICI

Celebrati in Arcadia nell' Olimpiade DCXXI.

IN LODE


DEGLI ARCADI DEFUNTI,

E PUBBLICATI

DA

GIO: MARIO DE' CRESCIMBENI

Custode della medesima Arcadia



IN ROMA MDCCV. +

Nella Stamperia di Antonio de' Rossi alla Piazza di Ceri .

CON LICENZA DE' SUPERIORI.

METAMORPHOSIS IN FLUMEN

EURISTEI PAREBASII PASTORIS ARCADIS
COLONIÆ MEDIOLANENSIS.

*In Obitu Vitanii Gateatici eiusdem
Coloniæ Vicecustodis.*

EPIGRAMMA.

Qua te, Vitani, conspectibus invida nostris
Mors rapit, Arcadici splendor amorque chori?
Te quem regales (1) Ticini ad Fluminis undas
Suscepit niveo Nympha venusta sinu:
Te quem deinde suo Genitrix mihi misit (2) Alumno,
Quo Puer harmonicis instruerere modis:
Te quem deinde (3) Tibris meliore instruxit averta,
Ducendosque dedit culta per arva greges:
Te quem deinde cadens e montibus audivit anceps
(4) Mela, & stare suas carmine vidit aquas:
Te cui deinde suas dedit (5) Abdua roscido alendas
Gramine, inexhaustas munere lactis oves:
Te quo deinde (6) Padus, vel flans, duce fertur in omnes,
Qua mare, qua tellus tenditur, isse plagas:
Te quem regali donatum. (7) Sequana torque
Vidit ferre tuis (8) Lilia mixta (8) Rosis,

Quo-

-
- (1) Vitanius origine Ticinensis.
(2) Euristeus Ticini institutus, & Institutor Vitanii.
(3) Vitanius Romæ inter Arcadas adscriptus.
(4) Mela fluvius Brixienfis agri, ubi fuit olim Vitanius.
(5) Vitanius fuit Laude Pompeja, quam alluit Abdua, & ubi optima pascua.
(6) Vitanius in Taurinenfi Academia Geographiæ Lector.
(7) Vitanius Parisiis donatus a Rege torque aurea.
(8) Lilia insigne Regis Francoꝝ, Rosæ Mediobarborum.

Quomodo mors rapuit, totque inter flumina clarum,
 Mergi te Stigiis invida iussit aquis?
 Ticinus, Tiberis, Padus, Abdua, Sequana, Mela,
 Flumina jamdudum nomine clara tuo:
 Se prius exhaustis cernent arefcere venis,
 Quàm data sit lacrymis ulla sat anda meis.
 Ne non ergo mihi sit semper copia flendi,
 Vel cum vivendi nulla superstes erit:
 Flebo; nec ante sinam siccentur lumina fletu,
 Quàm cuncta in lacrymas membra soluta fluant.
 Sic ego perpetuum lacrymarum versus in amnem,
 Quamquam deserim vivere, flebo tamen.

